

TEMI DI RICAPITOLAZIONE

670. Imprese di Cesare.

Anno urbis cond[tae] sescentesimo nonagesimo tertio C. Iulius Caesar, qui postea imperavit, cum L. Bibulo consul est factus. Decreta est ei Gallia et Illyr[cum] cum legionibus decem. Is primus vicit Helvetios, qui nunc Sequini appellantur, deinde, vincendo per bella gravissima, usque ad oceanum Britan[n]cum processit. Domuit autem annis novem fere omnem Galliam, quae inter Alpes, flumen Rhodanum, Rhenum et oceanum est. Britannis mox bellum intulit, quibus ante eum ne nomen quidem Romanorum cogn[itum] erat, eosque victos, obsidibus acceptis, stipendiarios fecit. Inter tot successus termale pugnavit: apud Arvernos semel praesens et, absens, in Germania bis. Nam legati eius duo, Titurius et Aurunculeius, per insidias coesi sunt.

Da EUTROPIO

719. Un grande capitano e la sua bambina.

Ego exemp/a omfnum nota profiram. L. Paulus consul itérum, cum ei ut cum rege Perse bellum geréret obligisset, ut ea ipso die domum ad vespérum rediit, filii!am suam Tertiam, quae tum erat admodum parva, oscu/ans animadvertit tristiculam. «Quid est», inquit, «mea Tertia? quid tristis es?». «Mi pater», inquit, «Persa periit». Tum il/e artius puellam complexus: «Accipio omen», inquit, «mea filia». Erat autem mortuus catellus eo nomine. Quod omen res conseciita est.

Haec posse contemni ve! etiam ridéri praec/are intellego, sed contemnère quae a diis signifi.cantur, est pucare eos non esse.

718. Un vecchio di mente acuta.

Quattuor robustos filios, quinque filias, tantam domum, tantas clientelas Appius Claudius regebat et caecus et senex; intentum enim animum tamquam arcum habebat nec /anguéscens succumbebat senectuti; tenebat non modo auctoritatem, sed etiam imperium in suos; metuebant servi, verebantur liberi, carum omnes habebant; vigeat in il/a domo mos patrius et disciplina. Illa enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini inservit, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos. Ut enim adolescentem, in quo est senile aliquid, sic senem, in quo est aliquid adolescentis, probo. Quod qui sequitur, corpi/re senex esse poterit, animo numquam erit.

Da CICERONE

716. Cimbri e Tèutoni sterminati da Mario.

lisdem annis, quibus bellum Iugurthinum gerebatur, effusa est immanis vis Germanorum gentium, quibus nomen Cimbris et Teutonis erat. Cum hi quattuor Romanorum consules fudissent atque fugavissent in Galliis et cum alios celeberrimos viros trucidavissent, populus Romanus non alium imperatorem magis idoneum ratus est quam Marium, ut tantos hostes repelleret. Hic trans Alpes circa Aquas Sextias cum Teutonis conjlixit; amp/ius centum quinquaginta milia hostium duobus diebus ab eo trucidati sunt. Postéro anno citra Alpes in campis, quibus nomen erat Raudiis, ipse et proconsu/ eius Lutatius Catillus fortunatissimo decertaverunt proelio; coesa aut capta sunt amp/ius centum milia hominum.

715. **La presa di Troia.**

Graeci cum per decem annos Troiam capere non potuissent, monitu Minervae equum ligneum mirae magnitudinis fecerunt, in quem fortissimi viri Graecorum se abdiderunt. In equo inscripserunt: «DANAr MINERVAE DONO DANT» castraque transtulerunt in insulam Tenedum. Id Troiani cum vidissent, arbitrati sunt hostes abisse. Laocoon autem sacerdos magna voce: «Notite putare», inquit, «hostes profectos esse! Dona Danaorum cavete! Equum aut cremate aut in mare praecipitate!J». Et summa vi /zastam in latus equi emisit. Multos ad suam sententiam perduxit; sed cum paulo post in litore Neptuno ingentem taurum immolare!, a draconibus immanibus cum filiis duobus correptus et interfectus est. Tum pavor ingens omnium animos invasit, quod sacerdotem sceleris poenas so/visse credebant. Itaque Priamus rex equum in arcem Minervae duci iussit et, ut deae diem festum agérent, edixit. Vati Cassandrae, cum magna voce dicéret inesse hostes, fides /abita non est. Cum equum in aree statuissent et vino domiti obdormivissent, Graeci nocte ex equo exierunt et portarum custodes occiderunt. Deinde socios signo dato receperunt et Troia sunt pomi.

714. I libri Sibyllini.

Anus hospita et incognita ad Tarquinium Superbum regem adiit, rrvem libros ferens, quos dicebat esse divina oracula: eos se ve/le vendere. Tarquinius pretium percontatus est; mulier nimium et immensum poposcit. Rex, quasi anus aetate desiperet, derisit. Tum i/lla foculum coram eo cum igni apposuit, et tres libros ex novem deussit; dein rursus regem interrogavit. Sed Tarquinius multo risit magis dixitque anum iam sine dubio delirare. Mu/ier ibidem statim tres alios libros exussit; atque id ipsum denuo placide rogavit ut tres reliquos eodem pretio emeret. Tarquinius iam serio ore fit; eam constantiam confidentiamque non neglegendam esse intel/ligit; et tres libros reliquos mercatur nihilo minore pretio quam quod erat pet/itum pro omnibus. Sed eam mulierem, tunc a Tarquinio digressam, postea nusquam visam esse constat.

Libri tres, in sacrarium conditi, Sibyllini appellati sunt.

713. • Un cavallo iettatore.

Quidam Cn. Seius habuit equum natum Argis in Graecia. Is equus fuit magnitudine inusitata, cervice ardua, colore pumiceo, comanti iuba. Sed idem equus tali fato fuit (= habuit tale fatum), ut eius possessores cum omni sua domo fortunisque suis omnibus perirent. Primus il/e Cn. Seius, dominus eius, a M. Antonio, qui postea triumvir fuit, miserando supplicio adfectus est. Eiidem tempore Cornelius Dolabella consul, in Syriam proficiscens, fama istfus equi adductus, Argos devertit. Cupidine habendi eius exarsit emitque. Sed ipse quoque Dolabella in Syria interfectus est. Plures alii eundem equum possederunt omnesque pari exitio interierunt. Hinc proverbium de hominibus ca/amitosis ortum est: «file homo habet equum SeiiimumJ».

Da AULO GELLIO

711. Usi e costumi delle donne romane.

Feminae cum viris cubantibus sedentes cenitabant, quae consuetudo ex hominum convictu ad divina penetravit; nam Iovis epulo ipse in lectulum, Iuno et Minerva in selas ad cenam invitabantur.

Vini usus olim Romanis feminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur; ceterum et auro abundanti et multa purpura usae sunt et, quo formam suam concinniores efficérent, summa cum diligentia capillos cinére rutilarunt.

Quotiens inter virum et uxorem aliquid iurgii intercesserat, in sacellum deae Viriplacae, quod est in Palatio, veniebant et ibi invicem lacuti quae voluerant, contentione animorum deposita, concordés revertébantur. Dea nomen hoc a placandis viris fertur assecuta, veneranda quidem et praecipuis sacrificiis colenda.

Repudium inter uxorem et virum a condita Urbe usque ad DXX annum nullum intercessit; Sp. Carvilius (Spurio Carvilio Ruga) autem, qui primus uxorem dimisit, graviter reprehensus est.

710. Varietà di usi e di credenze presso tre popoli antichi.

Celtibéri nefas esse putant proe/io superesse, cum is occfdérit, pro cuius salute spiritum devoverunt; patriae incolumitatem fortfter tuendam et fidem amicitiae constanter praestandam arbitrantur.

Thraces nata/es hominum flebilfter, exsequias cum hilaritate celebrant; cum vita multa et facére et patì turpfter cogat, i/li ortu eius a/iquanto fe/iciorem ac beatjorem finem putant.

Lacedaemoniae matres filios exituros ad proeliandum monebant ut aut vivi cum armis in conspectu earum ven'frent aut mortui in armis referrentur.

Da VALERIO MASSIMO

506. *Quintus Marcius Coriolanus.*

Septimo decimo anno postquam reges ab Urbe eiecti erant, in Romanos bellum a Volscis indictum erat; qui autem, vieti acie, etiam Coriolos, clarissimam civitatem, amiserunt. Postero anno, expulsus ex Urbe, Quintus Marcius, Romanorum dux, a quo Corioli capti erant (quare ei Coriolanus nomen inditum erat), ad ipsos Volscos contendit ira incensus; cum ab i/lo auxilia inde accepta essent et Romani saepe vieti essent, Coriolanus usque ad quintum miliarium Urbis accessit et etiam patriam suam oppugnavisset, cum legatos, a quibus pax petebatur, repudiavisset, nisi ad eum mater Veturia et uxor Volumnia ex Urbe venissent, quarum fletu et deprecatione victus, removit exercitum. Atque hic secundus post Tarquinium fuit, a quo contra patriam copiae ductae essent.

446. *Lupus et agnus.*

Cum ad eundem rivum lupus et agnus sitientes convenissent, in eodem loco se non collocaverant; nam supra stabat lupus, infra et longe agnus. Cum autem improbus latro se cibofarcire hunc varando cuperet, iurgii causam invenit. «Tu», inquit (= disse), «turbulentam aquam mihi bibentifecisti». Cum agnus timide respondisset: «Nonfacere possum quod deploras, lupe; a te enim ad meas fauces aqua decurrit», i/le infestum animum non deposuit: «Ante hos sex menses», inquit, «ma/edicus in me fuisti». Tum agnus: «Equ[dem in vitam nondum veneram». Lupus, cum exclamavisset: «Pater, hercil/e, tuus in me malédTcus fuiU>, in misellum agnum prosiluit, eum corripuit et iniustis dentibus sceleste laniavit.

Haec fabella illos homines damnat qui fa/lacibus causis innocentes opprimunt.

563. **Rettitudine di Pomponio Attico.**

Titus Pomponius Atticus mendacium neque dicebat neque pati poterat. Itaque eius comitas non sine severitate erat neque gravitas sine facilitate (affabilità), ut difficile esset intellectu utrum (= se) eum amici magis vererentur, an (= o) amarent. Quidquid rogabatur, religiose promittebat, quod non libera/es, sed leves arbitrabatur polliceri, quod praestare non possent. Idem in tuendo, quod semel adnuisset, tanta erat cura ut si suam rem ageret. Numquam susceptum negotium molestum arbitratus est: suam enim existimationem in ea re agi putabat, qua nihil habebat carius; et ita omnia Ciceronum, Marci Catonis, Quinti Hortensii, Auli Torquati, multorum praeterea equitum Romanorum negotia procuravit.

da **NEPOTE**

578. Alcibiade è richiamato dalla Sicilia.

Bello Peloponnesio Alcibiadis consilio atque auctoritate Athenienses bellum Syracusanis indixerunt. Ad quod gerendum ipse dux delectus est. Cum dies ad bellum proficiscendi instabat, inimici eius illud tempus expectandum (esse) decreverunt ad ei nocendum, quo classe egressus esset, ut absentem aggrederentur; itaque fecerunt. Nam postquam eum in Siciliam pervenisse crediderunt, absentem, quod sacra violasse!, reum fecerunt. Qua de re cum ei nuntius a magistratu in Siciliam missus essei, ut domum ad causam dicendam (causam dico: mi difendo in tribunale) venire/, quamvis esset in magna spe provinciae bene administrandae (provinciam administro: compio l'impresa), magistratui paruit et in triremem, quae ad eum erat deportandum missa, ascendit.

613. Lettera di Temistocle ad Artaserse.

Thucidides, qui i/forum temporum historiam relfquit, narrat Themistoclem, suorum civium invidia ex Athenis eiectum, ad Artaxerxen, Persarum regem, his verbis epistulam misisse: «Themistocles veni ad te, qui plurima mala omnium Graiorum in domum tuam intuii. quandiu mihi necesse fuit adversum patrem tuum be/lare patriamque meam defendére. Idem multo plura bona feci, postquam in tuto ipse et il/e in periculo fuit. Nam cum in Asiam reverti vellet proelio apud Salamina facto, litteris eum certiore feci id agi ut pons, quem in Hel/esponto fecérat, dissolveretur atque ab hostibus circumiretur; quo nuntio il/e periculo est /iberatus. Nunc autem confugi ad te exagitatus a cuncta Graecia, tuam petens amicitiam; quam si ero adeptus, non minus me bonum amicum habebis, quam fortem inimicum il/e expertus est. Te autem rogo, ut de iis rebus, quas tecum colloqui volo, annum mihi tempus des eoque transacto ad te venire patiéiris».

Fine della seconda guerra punica.

Anno quarto decimo postquam in Italiam Hannrba/ venérat, Scipl, consul est factus et in Africam missus. Hannrbal a Carthaginiensibus redire in Africam iubétur, quam Scipio vastabat. Ita anno septimo decimo ab Hannibiile Italia liberata est. Legati Carthaginiensium pacem a Scipione petiverunt; senatus pacem iussit cum Carthaginiensibus fieri. Cum autem Hannwal in Africam redisset, cum Romanis strenue pugnavit, sed frequentissimis proeliis est victus. Pace cum Carthaginiensihus facto, Scipio Romam rediit, ingenti gloria triumphavit atque Africanus appel/ari coeptus est. Finem accépit secundum PunTcum bellum anno nono decimo postquam coeperat.

445. Ottaviano Augusto.

Cum Marcum Antonium, qui ingens bellum civile commoverat, navali pugna clara et illustri apud Actium, qui focus in Epiro est, vicisset, Octavianus Augustus in Urbem venit. Ex eo tempore rem publicam per quadraginta et quattuor annos solus obtinuit. Antea enim duodecim annos cum Antonio et Lepido tenuerat. Ita ab initio principatus eius usque ad finem quinquaginta et sex annifuerunt. Decessit autem septuagesimo sexto anno morte communi in oppido Campaniae Atella. Romani in Campo Martio eum sepeliverunt, virum quem non immerito deo similem putaverunt. Neque enim facile ullus eo aut in bellis felicius fuit aut in pace moderatior. Quadraginta et quattuor annis quibus solus gessit imperium, civilissime vixit, in cunctos liberalissimus, in amicos fidelissimus, quos tantis exivit honoribus, ut paene aequaret fastigio suo.